C. Ep. 2. 12. 17

Colendissime Pater, Habes etiam, et uti spero postremas
ad te litteras do, quibus te de Itineris nostri felici successu certiorem
faciam, Decreveramus quidem Amsterodamo navi Leydensi petere
Euro quippe spirante secundo, Interim tamen rursus mutata Matris
sententia, (ut Varium et mutabile semper fœmina) currus Amsterdamo
Hagam usque conducitur, Decedimus per eandem portam qua tu hora -
una aut altera ante nos egressus eras Ultraiectum. Interea -
semihorae fere Itinere Amsteldamo occurrit locus iste et domus -
ubi alias media hyeme noctem unam permansimus, Et ut -
Virgilius, Olim meminisse iuvabat actorum laborum, Mox
horam circiter primam et secundam venimus in pagum nescio -
quem, hic paullisper dum prandemus commorati, rursum ascendimus
currum, et insolita nescio qua via pretermittimus Leydam, -
atque Ita per Voorburgum, Ibi dum Auriga pascit equos, -
Mater Invisit Dominam Brecht, Paullo post hora Instante
octava leti Intramus Hagam, Habes alterum Amsterodamense Itinerarium. Omnes satis recte valemus, Gratia
Deo, preter Mauritium fratrem, qui ut scis laborat forio, -
Et preterea suppallidus est, Geertrudem etiam hac nocte -
vomuisse aiunt, Mater ep Cerasis et similibus frugibus
natum credit, Hisce Pater colendissime te Deo opt. -
max. commendo, Hage-comitis, Sine die et Anno,

Tui observantissimus

Constan: Huygens

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/8

A Monsieur

Monsr. Huygens -
Secretaire du Conseil
d'estat a
Utrecht

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/8